Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



THIOS

Seminatur in ignobilitate surget
in gloria. Seminatur in infirmitate
surget in virtute. Seminatur corp
animale surget corpus spiritale. Si
est corpus animale est et corpus spi
ritale. sic enim scriptum est. factus e
primus homo adam in animam vi
ventem. novissimus adam in spm
vivificantem. sed non primus qd spiri
tale est. quam quod animale est. De
inde quod spiritale est. Primus homo
de terra terrenus. Secundus homo
de celo celestis. Qualis terrenus tales
et terrenis. et qualis celestis tales et cele
stes. Igitur sicut portavimus ymag
inem terreni portemus ymaginem
celestis. Hoc autem dico fratres. quia
caro et sanguis regnum di non
possidebunt. neq corruptio in
corruptelam possidebit. Ecce myste
rium vobis dico. Omnes quidem
resurgemus sed non omnes immu
tabimur. In momento in ictu oculi
in novissima tuba. Canet enim
tuba et mortui resurgent. qui in ro
sunt resurgent primo incorrupti et
nos immutabimur. Oportet enim cor
ruptibile hoc induere incorruptio
nem et mortale hoc induere immor
talitatem. Cum autem mortale hoc in
duerit immortalitatem. tunc fiet
sermo qui scriptus est. Absorta e
mors in victoria. Ubi est ergo mors
victoria tua. Ubi est mors stimulus
tuus. Stimulus autem mortis pec
catum est. virtus vero peccati lex.
Deo autem gratias qui dedit nobis vic
toriam per dnm nostrum ihesum
cristum. Itaq fratres. qui mortui
est pro nobis. Itaq fratres mei di
lecti stabiles estote et immobiles
habundantes in omni opere domini
semp. scientes. quod labor vr non e
in vanis in domino. XVI

De collectis autem in dominos
que fiunt in sanctos. sicut
ordinavi ecclis galathie
ita et vos facite primam sabbati
Unusquisq vestrum apud se repo
nat recondens quod ei bene placue
rit. ut non cum venero tunc collec
te fiant. Cum autem presens fuero
quos probaveritis per epistolas hos mi
tam perferre gratiam vestram in hierusa
lem. Quod si dignum fuerit ut ego eam
meum ibunt. Veniam autem ad vos
cum macedoniam pertransiero. Ma
macedoniam pertransibo. apud vos
autem forsitan manebo vel etiam
hiemabo ut vos me deducatis q
cunq iero. Nolo enim vos in transitu
videre modo. Spero enim me ali
quantum temporis manere apud vos.
si dominus deus permiserit pma
nebo autem ephesi usq ad pentecos
ten. Hostium enim apertum est mag
num et evidens adversarii multi.
Si autem venerit timotheus vi
dete ut sine timore sit apud vos
Opus enim domini operatur sicut
et ego. nequis ergo illum spnat
Deducite autem illum in pace. ut
veniat ad me exspecto enim illum
cum fratribus. De apollo autem
significato vobis. quoniam multum
rogavi eum ut veniret ad vos

285